

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes
aliquot**

Stahl, Daniel

Jenae, 1662

Regularum Philosophicarum Disputatio XIV. continens Regulas XIV.
pertinentes ad doctrinam Definitionis

urn:nbn:de:bsz:31-102400

natim posita, non datur medium. Unde perspicuum est, per genera non subalternatim posita solum intelligi ea, quae nec sub unò tertio, nec sub se invicem continentur; per subalternatim verò posita tum ea, quorum unum sub alterò, tum ea, quorum utrumque tantum sub unò tertio comprehenditur. Estque adeò ex dictis sensus totius Regulæ manifestus.

Regularum Philosophicarum

DISPUTATIO XIV.

continens

REGULAS XIV.

pertinentes ad doctrinam

DEFINITIONIS.

CUM ex genere & differentiâ conficiatur definitio, divisio autem vel sit generis in differentias aut species, vel totius essentialis aut integralis in partes, ideò omninò conveniens erit, si statim à titulis Totius & Partium, Generis & Speciei, & Differentiæ, Regulas de *Definitione & Divisione* proponamus.

REGULA I.

Definitio non sit obscura VI. Top. Cap. 1.

& II. poster. r. 82.

I. Oportet enim eum, (inquit Aristoteles) qui definit, quoad ejus fieri potest, claris-

XX 3

mâ

mâ interpretatione uti, quia cognoscendâ causâ definitio traditur.

II. Est autem, ut declarat Philosophus *ibid. cap. II.* definitio obscura, si vocabulum æquivocum contineat: ut, si quis definiat generationem, deductionem ad substantiam, aut sanitatem *συμμετέων* calidorum & frigidorum. Nam & deductio & *συμμετέων* sunt vocabula æquivoca, itaque dubium est, utrum dicere veliteorum, quæ significantur voce, quæ multis modis dicitur.

III. Inquis: Si vocabula pleraque sunt æquivoca, fieri aliter non potest, quàm ut sæpe æquivocis in definitionibus utamur.

IV. Resp. Dupliciter fieri, vocem æquivocam in definitione poni. Vel enim constat, quò significatu vox accipiat, vel non constat. Constat, quando expressè additur particula aliqua, quæ verbi multiplicem significationem ad unum trahat, aut aliàs ex subiectâ materiâ clara est & determinata ejus significatio. Hòc modò non est prohibitum, voces æquivocas in definitione ponere, imò ut probat argumentum, necessarium id sæpe est, propterea, quod pleraque vocabula æquivoca sint. Unde locum hîc habet illud vulgatum: *Æquivoca, quando distinguuntur, non sunt amplius æquivoca.* Deficitque hîc ratio, propter quam æquivoca à definitionibus

bus exc
securan
stin&a
tu sum
securam
quivoc
voca n
gendur
spicitu
quome

V. E
ristote
adduc
defini
tur vo
catio
trum
voce, q
perspi
ca acc
signifi
ritatu

VI.
poni v
dama
Philo
tur, n
enim
cavil
apte

bus excluduntur, propterea scilicet, quia obscurant eas. At certe æquivoca, quando distincta sunt, aut aliàs apparet, quò significatum sumantur, definitionem non faciunt obscuram, cum perinde tunc se habeant, ac si æquivoca nõ fiat. Quando igitur dicitur, æquivoca non debere poni in definitione, intelligendum est solum eò de casu, cum non perspicitur vel ex subjectà materià, vel aliunde, quomodo vocabulum sit accipiendum.

V. Et quod ista responsio sit ad mentem Aristotelis, patet ex ultimis verbis §. II. ex ipsò adductis. Vult enim illis verbis, propterea definitionem esse obscuram, in quâ collocantur voces ambigua, & duas vel plures significationes habentes, quia non perspicitur, utrum dicere velit eorum, quæ significantur voce, quæ multis modis dicitur, h. e. quia non perspicitur, in quâ significatione vox æquivoca accipiat. E. quando perspicitur, in quâ significatione accipiat, cessat ratio obscuritatis.

VI. Porro II. Sicut in definitione non debet poni vocabulũ æquivocum, ita definitio quodammodo redditur obscura, si (sunt verba Philosophi) *cum definitum multis modis dicatur, non adhibita distinctione definiret*: dubium enim est, utrius definitionem tradiderit, & cavillari licet, quasi definitio non omnibus aptetur, quorum definitionem tradit.

VII. III. Si in definitione ponatur translationes præsertim remotæ & intellectu difficiles: ut si quis definiat hominem *arborescentem*, *inversam*, aut scientiam per hoc, quod *labi non possit*, aut temperantiam per *contentum*. Πάν γὰρ ἀσάφες, ὃ καὶ μεταφυσικῶς λεγόμενον, ait Philosophus §. 4.

II. IV. Si usurpentur voces parùm usitata: ut si Medicus imperet ægroto, ut sumat *terrigenam*, *herbicratam*, *domiportam*, *sanguineam*, *cassam*, ut ægrotus *cochleam* intelligat. Præterea obscure definit, ait Aristoteles, qui non utitur κειμένις ὀνόμασι, ποσίοις ὀνόμασι, ut Plato fecit, qui oculum definit ὀφθαλμικόν *cilium* *bretem*, aut τὸ φαλάγγιον σιφιδάκις, *araneam* *putrimordacem*, aut *medullam ossigenam*. Πάν γὰρ ἀσάφες: τὸ μὴ εἰδὸς, omne enim verbum inusitatum obscurum est.

IX. V. Si ex datâ definitione rei contrariæ definitio non fiat manifesta. Solet enim definitio rei contrariæ ex definitione alterius contrarii perspicua fieri; quemadmodum, quia malum definitur, quod sit carentia perfectionis debita inesse, statim perspicitur, bonum consistere in perfectione debita inesse. Ita ex definitione liberalitatis, quod nimirum sit virtus, servans mediocritatem in dandô & accipiendô, innotescit, quid prodigalitas sit & avaritia,

X. VI.

X. VI. Si per se non appareat, cujus sit definitio, sed similis sit veterum pictorum operibus, quæ erant ejusmodi, ut nisi quis superscripisset, cognosci non posset, quid unumquodque esset; sicut habet Aristoteles §. 8.

REGULA II.

Quicquid definitur, debet definiri per priora & notiora.

Vel:

Definitio debet confici ex iis, quæ sunt priora & notiora definitò, VI. Top.

c. IV.

I. Ratio est, quia definitio datur, ut cognoscatur & explicetur res, non autem potest aliquid cognosci & explicari per aliquid, nisi notius sit.

II. Cùm autem notius aliquid dicatur dupliciter, simpliciter scilicet sive naturâ & nobis, (quâ de distinctione videatur in Parte Prime Disp. IV. explicatio Regula IV. quæ erat: *Causa notior est effectu*) definitio propriè dicta debet constare ex iis, quæ simpliciter sunt notiora, qualia sunt genus & differentia. Definitio enim cognitionis distincta gratiâ adhibetur: ac distinctè res non cognoscitur, nisi ex illis, quæ naturâ sunt notiora.

III. Ex hōc ipsō jam statim perspicitur, Definitionem debere ex prioribus constare: siquidem quæcunque naturā sunt notiora, priora etiam sunt. Quod si quis ex notioribus simpliciter cognitionem adipisci nequeat, necesse est fortassis definitionem ex illis conficere, quæ illi nota sunt, (ut, si quis definiat aliquid per effectum, aut per proprium accidens) hæc tamen non erit propriè dicta definitio, sed descriptio. Quod si neq; ex iis, quæ simpliciter sunt notiora, neq; ex iis, quæ sunt nobis notiora, definitio confecta sit, manifestum est, ipsam nec definitionis propriè dictæ, nec descriptionis nomen mereri.

IV. Exprimit porro Philosophus tres modos, quibus definitionem non ex prioribus fieri dicit. Primus est, si oppositum par oppositum definiatur: sunt enim opposita simul naturā. Quod pertinet, si quis definiat id, quod in divisione ponitur, per illud, quod ponitur in eadem divisione: ut, si dicas, *impar esse, quod unitate majus est, quàm par*, quæ enim in eadem divisione ponuntur, quodammodo opposita & simul naturā sunt.

V. Hoc tamen certum est, excipiendas esse privationes, quæ per habitum oppositū definiuntur: sicut cæcitas definitur *privatio visus*, & malum *carentia boni debiti inesse*. Et cessat in his ratio Philosophi, quia privatio & ha-

& hab
notio
privat
tamen
sicut n

VI.
sicult
latum
tius,
in ex

VI
natur
ris R
si supe
nū de
sub b
super
natur
fessō

Defin
A

I.
nere
nem

& habitus non sunt simul naturâ, sed habitus notior est, & quodammodò prior. Undè et si privatio per habitum definiatur, habitus tamen non definiendus est per privationem: sicut nõ definiendus visus est per cæcitatem.

VI. De relativè oppositis specialis est difficultas. Nam relatum definitur per correlatum, nec tamen relatum correlatò est notius, nec unum alterò prius. Sed hæc de re in explicatione *Regul. IV.*

VII. Secundus modus est, si definitum ponatur in definitione. Sed de hoc erit peculiaris Regula, nempe *quarta*. Tertius modus est, si superius per inferiora definiatur: ut quis bonum definiverit, quod sit habitus virtutis, qui sub bono continetur tanquam inferius sub superiori. Inferius autem esse posterius & naturâ minus notum quam superius, in confesso est.

REGULA III.

Definitionem licet ponere locò definiti. Ex Aristotele II. Top. c. II. §. 3. VI. Top. c. IV. §. 14. & VII. Metaph.

t. 18.

I. Obstat, quod si liceret definitionem ponere locò definiti, necesse esset I. fieri inanem & nugatoriã ejusdem repetitionem. Si enim

enim dicam, *nasus finis*, & cum definitio fini sit *nasus concavus*, ponam locò fini ejus definitionem, hæc habebis verba: *nasus nasus concavus*. II. Dari progressum in infinitum. Nam cum *nasus concavus*, & *nasus finis* sint idem, pro positis verbis: *nasus nasus concavus*, rectè diceremus: *nasus nasus finis*; & cum definitionem liceat ponere locò definiti, in locum vocis *finis* fas esset substituere ejus definitionem, forentque tunc verba hæc: *nasus nasus nasus concavus*, & sic in infinitum. Hæc inconvenientia desumuntur ex ipsò Aristotele *rexe. cit. Lib. VII. Metaph.*

II. Soler duplex statui definitio. Quædam datur per mera intrinseca & essentialia: quales sunt substantiarum completarum, tanquam specierum prædicamenti substantia, ut cum dicimus, hominem esse animal rationale, vel esse quid compositum ex animâ rationali & corpore organico: intra essentiam enim hominis continetur & animal & rationale, ut & anima rationalis & corpus organicum. Et hujusmodi definitiones primario nomen definitionis merentur, & consueverunt à nonnullis vocari *quidditative*. Dominicus de Flandria *VII. Metaph. quest. IX. a. III.* vocat *definitiones quidditative secundùm se notas*. Quædam autem datur per aliquod intrinsecum, & quod non est de essentia

tiâ definiti, indeque tantum connotatur per definitum. Quam ob causam etiam hujusmodi definitiones dicuntur à Philosopho *æ accidentibus, per additamentum*: quales sunt accidentium, quæ definiuntur per subjecta, vel objecta etiam, aut alia quæ eorum constitutionem & essentiam non ingrediuntur; quamvis subjectum interdum exprimaturn casu obliquò, nempe cum definiuntur in abstractò, ut *finitas est concavitas nasi; tonitruum est sonus in nube*: interdum in reò, cum nempe in concretò definiuntur, ut *finitum est nasus concavus*, qua diversitas definitionum fundatur in Aristotele VII. Met. text. 17. Non solum autem accidentia definiuntur per additamentum, sed & alia, ut substantiæ incompletæ: que madmodum materia per formam, & forma per materiam definitur, sicut Philosophus I. Phys. dicit, quod *materia sit subjectum cuiusq; rei*, & II. de anima definit *animam per corpus organicum*.

III. Jam Resp. quod definitionem liceat ponere locò definiti, universaliter verum est de definitionibus, quæ traduntur per *merè intrinsecas*: ut cum dico: *Homo currit*: locò definiti possum ponere ejus definitionem, & dicere: *animal rationale currit*. Item in hac definitione *homo est animal*, locò verbi *animal*, licet ponere illa verba, *substantia corporea*.

*res, mixta, animata, sentiens, quæ sunt definitio animalis, ita, utur tunc definitio hominis sit hæc: Homo est substantia corporea, mixta, animata, sentiens, rationalis. At definitionem, quæ est per additamentum, dicunt non semper licere substituere in locum definiti, neque de istiusmodi definitionibus loqui Regulam. Et per hoc patet responsio ad argumenta §. I. Cùm enim definitio fini, quod sit *nasus concavus*, sit ex quòdam additamentò, siquidem nasus tantùm connotatur per *simum*, tantquam per aliquid, quod non sit de ejus ratione formali, (quod inde perspicitur, quod cum nasus de *simò* prædicatur, illa prædicatio non est in primò modò per se) hinc negant licere eam ponere locò definiti. Hæc responsio est Scoti in VII. *Metaph. sum. II. c. IV. num. 35. Javelli Lib. VII. Epit. Metaph. c. IV. & Lib. eod. quest. VII. & aliorum.**

IV. Cæterum est, licere nonnunquam etiam definitionem, quæ *en. negat* totus est, substituere in locum definiti, quod nec Javellus diffinitur. Ut in hæc oratione: *Hujus hominis nasus est simus*, licebit pro nomine *simus* ponere definitionem ejus, & dicere: *hujus hominis nasus est nasus concavus*. Item pro oratione illà: *Video album*, licebit dicere: *Video corpus affectum colore visum disgregante*. Similiter cum dico: *Hic gallet Physicam*, loco *Physicæ*

ficæ
Hic
est
pre
deter

V. D
qua
fini
Tunc
tolog
defor
cum d
fini in
sus con
pe nas
concar
Ita cù
cùm i
genera
tione
defini
tum a
lò an
satis e
vada
rens g
nobis
raph.

VI.

ficæ

licet ponere ejus definitionem, & dicere: *Hic scientiam callet corporis naturalis quantum est naturale.* Et quibus patet. explicationem §. *preced.* esse imperfectam, & cum perfectior determinatio supererat, eam apponemus.

V. Dicimus: *Totam definitionem, etiam eam, quæ est in modo dēclaris licetum esse collocare loco definiti, nisi quando aliqua ejus pars jam posita est.* Tunc enim illā parte omisā, ne inani & tautologicā ejusdem vocis repetitione sermo deformetur, reliqua pars exprimitur. Itaque cum dicimus *nasus finis*, non licet in locum *finis* integram ejus definitionem, quæ est *nasus concavus*, sufficere eò, quod prior vox, nempe *nasus*, jam adest. Ponemus igitur tantum *concavum* loco *finis*, & dicemus *nasus concavus*. Ita cum & *homo* & *mas* definiatur per *animal*, cum ille sit *animal rationale*, hinc *animal potens generare in aliò*; si *hominem marem* per definitionem utriusque definire velis, integram definitionem hominis tantum afferes, quantum ad definitionem maris, omisō vocabulo *animalis*, ne bis ponatur, reliqua verba satis erunt, ita ut definitio *hominis maris* evadat talis: *Homo mas est animal rationale potens generare in aliò.* Hanc explicationem nobis suppeditat *Fonseca in t. 19. L VII. Metaph.*

VI. Atque hinc constat, inconveniētia illa,

illa, quæ §. 1. adducta fuerunt, non sequi ex nostrâ Regulâ. Siquidem supponitur in iis, cum dico, *nasus simus*, locò vocis *simus*, fas esse ponere integram ejus definitionem, quod non est concedendum, ut patet ex §. præcedenti.

VII. Dicis I. Si totam definitionem licet ponere locò definiti, quando ejus nulla pars jam posita est, sequitur, si dicam v. g. *id, quod è longinquo video est homo mas*, tunc licere locò vocis *mas* sufficere integram ejus definitionem, ita ut propositio talis: *Id quod è longinquo video, est homo animal potens generare in aliò*, neque opus esse, ut *ro animal* omittam, quia illud jam ante non est positum. Consequens autem absurdum & ineptum est.

IIIX. R. Licet in hac propositione: *Id, quod à longinquo video, est homo mas*, vox *animal* expressè non reperiatur, continetur tamen in *homine*, & quidem formaliter & tanquam prædicatum quidditativum, & non tanquam connotatum. Uade si in locum vocis *mas* substitueretur integra ejus definitio, cum locò vocis *homo* etiam liceat ponere ejus definitionem, fieret, *ut animal* expressè bis ibi poneretur, ita: *Id, quod è longinquo video, est animal rationale, animal potens generare in aliò*. Quapropter dico, non licere integram ponere definitionem locò definiti, quando ejus ali-

aliqua
aliâ inc
enim il
modò c

IX. S
quod è l
ne licet
nempe
licet p
mitten
mal om
finitio
cet, sit
tionem

X. R
quia fo
tiva &
anima
sed def
tatur t
damm
sam cu
video,
homin
simul
tius in
quàm
fionem
exemp

aliqua pars vel expressè jam posita est, vel in aliâ intrinsecè & formaliter continetur: tunc enim illa pars omittenda est, cujus ratio ex modò dictis perspicitur.

IX. Sed quæris, cur in istâ oratione: *Id quod è longinquò video, est homo maris*, pro *homine* licet ponere integram ejus definitionem, nempe *animal rationale*, pro *mare* verò non licet ponere integram definitionem, sed omittendum est *animal*? Cur non æquè *animal* omittere, & tantùm alteram partem definitionis, nempe *rationale*, exprimere liceat, si locò *hominis* velim ponere ejus definitionem?

X. Responsio potest sumi ex præcedentibus, quia scilicet definitio hominis est quiddativa & per mera intrinseca, prædicaturque animal de homine essentialiter & in quid; sed definitio maris est *ex meo dictus* & connotatur tantùm animal, tanquàm quid quodammodò extrinsecum. Atque hanc ob causam cum in hòc exemplo: *Id quod è longinquò video, est homo maris*, non possit utriusque (& *hominis* nimirùm & *maris*) definitio integra simul in ipsorum locum substitui, *animal* potius in definitione *maris* omittendum est, quàm in definitione *hominis*. Quam responsionem res ipsa confirmat. Nam si in positò exemplò ponam integram definitionem *ma-*

ris pro *maris*, partem autem tantum *hominis* definitionis pro *homine*. dicendô: *Quodè longinquô video, est rationale animal potens generare in aliô*, minùs commoda est locutio, quam si rotam *hominis* definitionem ponam, in definitione autem *maris* rô *animal* omittam, dicendô: *Quodè longinquô video, est animal rationale potens generare in aliô*, imprimis cum hîc etiam integra *maris* definitio contineatur: refertur enim illud, *potens generare in aliô*, ad *animal*, & propterea vox *animal* non est repetenda. At, cum ita dicitur: *Quodè longinquô video, est rationale animal potens generare in aliô*, tota *hominis* definitio hîc non habetur.

IX. Dicis II. Si non licet ponere integram definitionem pro definitô, quando ejus pars aliqua jam posita est, sequitur, cum dico: *Hujus hominis nasus est finis*, nos licere locô fini integram ejus definitionem ponere, ut propositio sit talis: *Hujus hominis nasus est nasus concavus*, cujus contrarium tamen assertum fuit §. IV.

XII. R. Id quod §. V. diximus, non licere integram definitionem ponere locô definiti, quando ejus aliqua pars jam posita est, intelligendum est ita, quod scilicet non liceat in eadem parte orationis aut propositionis, quando nimirum vox five definitum in oratione ponitur

Nem-

Nempe
aliquâ
sejus a
Similit
tionem p
rô cont
esset rep
sitionis p
surdum
dicatô
nem, qu
cula in
non est
tio, ut p
est nasu
ne & us
in subje
re. Dic
sui resp
mus den
XIII
tur, qu
nere de
finitio
dicame
tec, qui
in præ
tia pro
per se &

Nempe non licet in prædicatō propositionis pro aliqua voce ponere ejus integram definitionem, seu aliqua pars in prædicatō jam continetur. Similiter nec in subjectō licet integram definitionem ponere, sicjua aliqua pars jam in subjectō continetur; alioquin inanis & nugatoria esset repetitio ejusdem. At in diversis propositionis partibus est alia ratio. Non enim absurdum est, pro prædicatō, aut voce in prædicatō contentā, ponere integram definitionem, quamvis ejus definitionis aliqua particula in subjectō jam contineatur: sic enim non est inanis & nugatoria ejusdem repetitio, ut patet, cum dico; *Hujus hominis nasus est nasus concavus*; & à communi consuetudine & usu minimè abhorret, eam vocem, quæ in subjectō continetur, in prædicatō repetere. Dicimus enim v.g. *Causa univoca est causa, cui responder effectus ejusdem rationis; Syllogismus demonstrativus est syllogismus &c.*

XIII. Verum superesse adhuc alia videntur, quæ Regule obstant. Nam I. si licet ponere definitionem locō definiti, sequitur, definitionem directè & per se collocari in prædicamentō. Consequens falsum esse inde patet, quia incompleta tantum per se & directè in prædicamentis collocantur. Consequentia probatur, quia definitum, v.g. *homo*, est per se & directè in prædicamentō. Si igitur

licet definitionem collocare locò definiti, definitio hominis, quæ complexum quid est, etiam ponetur per se & directè in prædicamento.

XIV. II. Si licet ponere definitionem locò definiti, (1.) licebit in enunciatione, in quâ definitio de definitò prædicatur, definitionem pro definitò sublitinere, & sic perindè erit, sive dicam, *homo est animal rationale*, sive dicam, *animal rationale est animal rationale*, quod tamen absurdum est, cùm in priori prædicatum explicet, quid sit. subjectum, quod in posteriori non fit, quandoquidem nihil seipsum explicat. (2.) Sequetur, licitum esse, ut in Syllogismò sint duo tantùm termini. Sic enim Syllogismus:

Omne animal rationale est risibile.

Omnis homo est animal rationale.

E. omnis homo est risibilis.

Ponatur definitio hominis locò vocis *homo*, & syllogismus sic habebit:

Omne animal rationale est risibile.

Omne animal rationale est animal rationale.

E. omne animal rationale est risibile.

XV. Colonienses in *Tract. supposit.* docent, definitionem aliquam, v. g. *animal rationale*, dupliciter posse sumi: 1. pro eò, quod immediatè significat, & sic esse terminum complexum, 2. pro eò, quod ultimò & remotè signi-

significa
enim sig
igitur a
tio prio
dicame
steriori
XVI.
definiti
confide
2. quan
stinent
nes sive
tò solù
nere de
quia qu
sunt. It
cere: H
Hujus k
Hujus k
do aute
nitum e
bat arg
cet sic r
imo ut
prædic
tur, se
comple
prædic
jam ut

signi-

significat, & sic esse quid incomplexum, sic enim significare ipsum definitum. Quantum igitur ad primum argumentum, licet definitio priori modò non directè & per se in prædicamentò ponatur, potest tamen poni posteriori modò.

XVI. Ad II. potest responderi & dici, definitionem & definitum bifariam posse considerari: 1. quantum ad id, quod significant, 2. quantum ad modum, quò significant, & ut sustinent diversa officia, aut oppositas notiones sive denominationes. Quando in definitò solùm res significata attenditur, licet ponere definitionem locò definiti: & ratio est, quia quantum ad rem significatam, idem sunt. Ita pro eò: *Hic homo ambulat*, licet dicere: *Hoc animal rationale ambulat*. Et pro eò: *Hujus hominis nasus est simus*, licet dicere: *Hujus hominis nasus est nasus concavus*. Quando autem posteriori modo definitio & definitum considerantur, non licet: idque probat argumentum §. XIII. & XIV. quia scilicet sic non sumuntur ut idem, sed ut diversa, imò ut opposita. Ita cum aliquid ponitur in prædicamentis, non solùm res ipsa attenditur, sed & modus significandi. Cùm enim complexa sint tantùm per se & directè in prædicamentis, quando aliquid significatur jam ut complexum, (qualis est definitio)

jam ut incomplexum, (quale est definitum) posteriori modò tantùm in prædicamentò ponitur. Ita in propositione, quâ prædicatur definitio de definitò, ut & in Syllogismo, in quò unus terminus, v. g. medius, est definitio, alter autem, v. g. minor, est definitum, attenditur diversus significandi modus: attenditur enim hoc, quod definitio significet rem distinctè, definitum autem confusè, stantq; ibi sub oppositis notionibus, quia & Qu unum definitio est, alterum definitum, unum terminus medius, alterum extremus, quæ notionès oppositæ sunt.

REGULA IV.

Definitum non debet ingredi definitionem. VI. Top. cap. IV.

§. 17.

I. Contineatur ista Regula sub secundâ, et eâque patet ejus veritas: quia hòc ipsò, quod definitum ponitur in definitione, definitio non assignatur per priora & notiora, cum nihil seipsò prius aut notius sit.

II. Duplici modò autem accidit, definitum poni in definitione: I. *expressè*, ut si dicatur: *Genus est, quod prædicatur de pluribus, quæ generi subjiciuntur, in quid.* II. *Implicite*, & ut loquantur *consecutive*, cum nimirum definitur aliquid per aliquid, quod vicissim per ipsum

ipsum
finitione
tione il
finias p
dum die
Nam c
nempè
vero jux
cò alicu
onem; s
his pon
tur in d
finitio.

super re

III.

modò p

finition

plicitè

quitur,

nimirum

locò vo

ex §. præ

tionem

esse eff

ejusdem

cessò an

IV.

ca Relat

vicem; s

& filius

ipsum definitur. Scilicet cum in alicujus definitione ponitur aliquid, in cujus definitione illud vicissim ponitur: ut si Solem definias per diem, dicendô: *Sol est astrum, quod dum dies est, nostrum Hemisphaerium illustrat.* Nam cum *dies* etiã definiatur per *Solem*, nempè quod sit *motus Solis super terram*; & vero juxta *Regulam preced.* in definitione locô alicujus vocis liceat ponere ejus definitionem; si locô vocabuli *dies* in definitione *Solis* ponatur definitio diei, Sol expressè ponetur in definitione sui ipsius. Sic enim erit definitio. *Sol est astrum, quod dum motus Solis est super terram, nostrum Hemisphaerium illustrat.*

III. Non solum priori, sed & posteriori modô prohibitum est definitum ingredi definitionem. Ex eô enim, quod aliquid implicitè in definitione sui ipsius ponitur, sequitur, ipsum etiam expressè poni: per hoc nimirum, quod definitionem licet ponere locô vocis in definitione posita, sicut patet ex *S. preced.* Si quis igitur concederet definitionem ejusdem per seipsum implicitè, necesse esset, ut & concederet definitionem ejusdem per seipsum explicitè, quoniam concessô antecedente consequens negari nequit.

IV. Hic iterum sese offert difficultas circa Relata. Nam Relata definiuntur per se invicem: sicut *Pater* dicitur ille, *qui habet filium* & *filium* ille, *qui habet patrem.* Hic, cum pro

aliquò positò in definitione liceat ponere, ejo definitione, pro filio in definitione patris poterit substitui definitio filii, quò factò idem expressè definitur per seipsum, sive ponitur in definitione sui ipsius: erit enim definitio Patris hæc: *Pater est qui habet eum, qui habet patrem.* Pertinet hùc dubium, cujus *Reg. II. §. VI.* mentio facta, quod scilicet Relatum definiatur per correlatum, quod tamen correlatò nec prius, nec notius est.

V. Nos misis modò iis, quæ circa has difficultates Cajetanus, Conimbr. & alii in *Cap. de specie, Fonseca L. V. Inst. c. IX. Marius in præd. Relat. f. III. q. I.* & alii disputant, utpote parùm satisfaciendis, dicimus cum Scotò *I. dist. XXX. quest. I.* Tataretò in *Cap. de specie*, aliisque Scoti discipulis, Soarò *disput. Metaphys. XLVII. f. XVII.* Gabriele Vazquez *Part. I. Tom. II. disp. CLIX. cap. VI.* Petro Hurt. de Mendozâ *disp. Metaph. XV. f. VII.* Relatum non esse definiendum per correlatum, & per consequens nec per se invicem, propter ipsas rationes §. præc. Omnino enim, si Relatum definiretur per correlatum, definitio non fieret per notiora, & definitum ingrederetur, definitionem sui ipsius.

VI. Facit nobiscum Arnisaus *Lib. I. de Republ. Cap. III. f. II. §. 20.* reprehendens illam definitionem, quâ *servius* dicitur *confi-*

entio

entio ju
tra nar
cum ser
posita,
servitus
ignoru
(in qu
quod h
quod h
dum ig
xistens
genuit

VII.
xi Aris
sunt m
tum, se
tertia n
eam et
subjeet
ex quò
flum v
tionem
modò
nition
cavit,
tio sign
Servi
nuse
talis e

entio juris gentium, quâ quis Dominio alieno contra naturam subicitur, l. 4. de stat. hom. quia cum servitus & dominium sint relativè opposita, unum altero notius non est, & sic, cum servitus per dominium definitur, definitur ignotum per æquè ignotum, & nugæ sunt, (inquit Arniseus) si quis definiat subjectum, quod habet adjunctum, & vice versâ Patrem, quod habeat filium. Hæc Arniseus. Dicendum igitur potius, Patrem esse personam co-existentem alteri personæ ejusdem essentia, quam genuit in alio.

VII. Confirmatur hæc sententia ipsâ præxi Aristotelis. Nam Relatum & correlatum sunt *materia & materiatum, definitio & definitum, servus & Dominus*. At in definitione materiæ non posuit vocem *materiatum*, sed dixit eam esse id, ex quò aliquid fit, cum insit, esse subjectum cuiusque rei, non dixit, eam esse id, ex quò materiatum fit, cum insit, aut esse subjectum vel partem materiati. Nec dixit, definitionem esse *definiti explanationem*, nec aliò modò vocem *definitum* in definitione definitionis expressit, sed ita naturam ejus explicavit, quòd sit λόγος ὁ τὸ τί ἦν εἶναι ἀπέφραζεν, oratio significans quid res sit, l. Top. cap. V. & alibi. Servi l. Pol. cap. III. naturam exprimens, non usus est voce *Dominus* aut *herus*, sed ex ipso talis colligitur definitio: *Servus est instrumentum*

mentum patrisfamilias animatum, rationis compos, quod totum est ipsius.

II. Verùm obstat, quod ipse Philosophus VI. Top. IV. §. 13. cùm monuisset, oppositum non esse definiendum per oppositum, ita scribit: *Sed non est ignorandum, quaedam forzasse non posse aliter definiri, ut duplum non posse definiri sine dimidiò, & quæcunque per se ad aliud referuntur, in his omnibus eadem est essentia, & ad aliquid quodammodo affectum esse. Quare fieri nequit, ut sine alterius notitiâ comparetur, proinde necesse est, ut in alterius definitione alterum quoque comprehendatur.*

IX. Verùm R. Relatum & correlatum possunt dupliciter considerari: I. Formaliter, & ut relatum aut correlatum est, & formaliter alteri relato opponitur. II. Materialiter, seu pro eò, quod substat denominationem relati vel correlati. Concedo, Relatum definiri per aliud, ad quod refertur, idque correlatum est, & relato formaliter oppositum. Sed nego, definiri debere per id, ad quod refertur, ut formaliter est correlatum & ipsi oppositum. Ipse enim Aristoteles non definiuit relata per correlata & opposita eorum formaliter sumpta, sicut patet ex §. VII. ut non definiuit definitionem per definitum, ut significatur voce definiti; nec materiam per materialium, ut

hac

hac
nò &
tion
res,
mate
subje
quid
ne de
non
fed n
servi
fertu
non e
servi
X.
deru
& seq
lato
est c
aliqu
liter
alam
sed di
vum
XI.
re de
nere
est,
conu

hâc voce significatur. Idem patet de Domino & servo. Quando autem dixit, definitionem esse orationem significantem quid res, seu quid aliquid sit, & quando dixit, materiam esse id, ex quô aliquid fit, vel esse subjectum cujusquere, per vocem *res* & *aliquid* significatur in priori quidem definitione *definitum*, in posteriori *materialum*, sed non exprimuntur hæc vocabulis relativis, sed magis absolutis. Ita in definitione servi paterfamilias est id, ad quod servus refertur, sed non significatur voce relativâ, & non est formaliter correlatum & oppositum servi.

X. Verùm huic responsioni officere videtur, quod Aristoteles in *pred. Relat. §. 9. & seq.* tam curiosè præcipit, ut cuilibet Relato correlatum verum, & quod formaliter est correlatum, assignetur, nec referatur ad aliquid absolutum, & quod non sit formaliter relativum: *Peccatur enim, ait, si dicatur alam esse avis alam, aut clavum navis clavum, sed dicendum esse, alam esse alati alam, & clavum clavati clavum.*

XI. Verùm B. Aristotelem *l. c.* non agere de modô definiendi Relata, sed proponere quandam eorum proprietatem, quæ est, quod *omnia Relata dicantur ad ea, quæ converuntur, h. e. quæ vicissim ad ipsa referuntur*, h. e. quæ vicissim ad ipsa referuntur.

runtur: quod ut fiat, monet, verum correlatum esse assignandum, adeò quidem, ut si nomina desint, fingere ea liceat. Unde si dicatur, *ala est avis ala*, non refertur ala ad τὸ ἀντισπερον, quia avis non est alâ avis, sed *alarum* est alâ alatum. Unde quando *ala* dicitur *alati ala*, rectè assignatur correlatum. Eadem ratio est clavi & navis. Sed nulla est consequentia: Non est dicendum, *ala est, avis ala*, sed potius *ala est alati ala*, & in universû verum correlatum, vel aliquid, quod est formaliter correlatum, exprimendum est, ut fiat ἀντισπερον inter relata. Et etiam definiendum est per id, quod est formaliter ejus correlatû, & formaliter ipsi opponitur,

XII. Atque hæc quidem de dubio, quod ex definitionibus Relatorum desumebatur. Aliud dè insuper probari posse videtur, definitum interdum ingredi definitionem. Quæ definiuntur, eorum quædam unicâ voce significantur, & dicuntur *incomplexa*: ut si definiamus, quid *homo* sit. Quædam pluribus significantur vocibus, & dicuntur *complexa*: ut si quis definiat, quid sit *animal terrestre*. Docet ita Aristoteles, quando dixisset, definitionem esse orationem significantem quid res sit, *adhibetur autem, aut aut oratio pro nomine, aut oratio pro oratione: possunt enim & multa, quæ oratione significantur*

tur, de
finitu
est, ip
tique
tum.
quid,
catur
defini
uitati
dicere
currit
spsum
terrest
terrá v
tionib
neret,

XII
nition
ingred
potest
quia si
In pra
integr
ingred
fit, ut
aliqua
explic
nito:
plis cu

run, definiti. Hæc Aristoteles. Quando definitum est incomplexum quid, absurdum est, ipsum ingredi definitionem: quia sic utique ignotum definireretur per æquè ignotum. At cum definitum est complexum quid, vel, ut ait Aristoteles, oratione significatur, tunc tantum abest, ut absurdum sit, definitionem ingredi definitum, ut etiam utilissimum sit: quemadmodum possumus dicere, *causa instrumentalis est causa, que concurrat ad effectum virtute ignobiliori, quàm ad ipsum producendum requiratur.* Item, *animal terrestris est animal, quod aptum natum est in terrâ versari.* Quod si quis in hisce definitionibus *causam & animal* non expressè poneret, subintelligere tamen deberet.

XIII. R. Aliud est, *definitum ingredi definitionem*, aliud *partem definiti definitionem ingredi.* Ipsum definitum integrum non potest suam ipsius definitionem ingredi, quia sic definitio non esset notior definito. In *preced. S.* probatum est, non definitum integrum, sed *partem definiti definitionem ingredi.* Neque hoc absurdum est, quia fit, ut cum definitum est complexum, ejus aliqua pars, utpote per definitionem jam explicata, nota sit, & notior integro definito: quemadmodum in præsentibus exemplis cum definitur *causa instrumentalis, aut animal*

animal terrestre, notum jam est, quid sit causa, & quid sit animal, cum prius explicari debeat, quid sit genus, vel id, quod se habet per modum generis, quam quid species.

XIV. Ex quò ipsò etiam colligitur, non quamlibet partem definiti complexi fas esse in definitione ponere: quia scilicet non quilibet pars est nota. Hinc vitiosa est Keckermanni & Timpleri definitio, quò dicunt, causam principalem esse eam, à quà effectus principaliter dependet, quia cum dicitur causa principalis, & quæritur quid sit, ignotum est, quid importeretur per vocem *principale*, neque notius est, quid sit, effectum ab aliquà causà *principaliter dependere*, quam quid sit *causa principalis*. Quapropter vox *principale* vel *principaliter* in dictam definitionem inconvenienter inseritur.

REGULA V.

In definitione ponatur genus proximum.

I. Duplici modò contingit in definitione poni genus remotum: I, ita, ut ipsi conjungatur sola differentia specifica. Et hæ definitiones reprehenduntur: ut si dicas: *Homo est corpus rationale*. Mendoza has definitiones appellat *ineptias*. Fonseca *L. V. Inst. cap. XI* eas non simpliciter rejicit, & addit, graves
autores

autores
tur, n
tias, p

II,
esse qu
sentia
ficam.
mul s
non ta
omnes
non ex
Unde p
habere

III.
nus ren
ca diff
adpon
marum
substan
rationa
nihil pl
tes sunt
proxim
æquè
pe

autores, ne minutissima omnia persequantur, multas sæpè omittere medias differentias, præsertim si facillè intelligi possunt.

II. Nostra sententia est, has definitiones esse quidem essentielles, (explicant enim essentiam rei per genus & differentiam specificam, quæ sunt prædicata essentialia, & simul sumpta recipiuntur cum definitio) non tamen esse perfectas, quoniam cum non omnes differentias intermedias contineant, non explicant expressè totam rei essentiam, Unde patet, tales definitiones vitii aliquid habere, aliquò tamen modò tolerari posse.

III. Contingit II. aliquid definiri per genus remotum, ita, ut ipsi non solum specificæ differentia, sed omnes etiam intermedie adponantur: ut si dicas: *homo est corpus animatum, mixtum, sensiens, rationale*; ve est, *substantia corporea, mixta, animata, sensiens, rationalis*. Atque hujusmodi definitiones nihil planè vitii habent, sed æquè excellentes sunt, atque illæ, in quibus ponitur genus proximum cum differentia specificâ, quia æquè perfectè explicant rei essentiam

per prædicata essentialia, Videatur Aristoteles VII. Met.

Cap. XII.

RE

*Unius rei unica est definitio VI. Top.
c. IV. §. 2.*

I. Unius rei, inquit Nicolaus de Orbellis *Tract. III. summul.* est una definitio, quæ datur per genus & differentiam, sed possunt esse plures descriptiones, vel definitiones largæ sumptæ, quibus notificatur, quid per nomen importetur.

II. Sed per hoc nondum tollitur omnidubium. Nam & plures definitiones essentielles & propriè dictæ unius rei dari possunt. Nam I. datur definitio ex genere proximo & differentiâ specificâ. II. Datur ejusdè definitio ex genere remoto & differentiâ specificâ, unâ cum intermediis, sicut ex *Reg. pras.* constat. III. Ex materiâ & formâ, ut: *Homo est substantia ex corpore organicô & animâ rationali composita*, quæ definitiones omnes essentielles sunt.

III. Pro explicatione sciendum, unius rei esse plures definitiones dupliciter posse intelligi: I. quoad essentiam, quia scilicet plures expriment essentias. Hôcque modô impossibile est, unius rei plures esse definitiones. Cùm enim unius rei unica sit essentia, unica etiam hâc ratione ejus erit definitio, & hôc ipsô, quod plures definitiones, sed diversarum. Et hôc modô negare Philosophum *l. c.* unius rei plures esse definitio-

nel

nes; ex
plures &
concepit
cent. Et
possunt
probatu
sunt plu
dem est
cant, se
ptus vel
& secur
assignat
etiam p
ter se di
commu
distingw
ipsô ge
dem m
ter com

Defini

I. De
ri, est,
tum de
ut patet
nim hon
mal rati

nes; ex textu manifestum est. II. Ita, ut sint plures & diverſæ quoad conceptus vel modum concipiendi, licet unicam eſſentiam expli- cent. Et hoc modò unius definiti plures eſſe poſſunt definitiones eſſentiales, id quod probatum fuit. Tres enim illæ definitiones ſunt plures non priori modò, quia una & eadem eſt eſſentia v.g. hominis quam expli- cant, ſed poſteriori, nempe quoad conce- ptus vel modum concipiendi. Prima enim & ſecunda differunt à tertiâ, quod illæ ſunt aſſignatæ per terminos logicos, hæc verò etiam per Phyſicos. Dux priores autem in- ter ſe differunt, quod in ſecundâ differentia communes actu exprimuntur, & à genere diſtingvuntur; in primâ verò implicite & in ipſò genere continentur: in animali ſiqui- dem *mixtum, vivens & ſenſitivum* eſſentiali- ter comprehenduntur.

REGULA VII.

Definitio debet reciprocari cum definitò.

I. Top. Cap. VII. §. 2.

I. Definitionem cum definitò reciproca- ri, eſt, eam de definitò, & vicisſim defini- tum de definitione univerſaliter affirmari, ut patet de definitione hominis. Omnis enim homo eſt animal rationale, & omne ani- mal rationale eſt homo, Appellantur autem

ZZ

ea,

ea, quæ sic reciprocantur, etiam convertibilia.

II. Cùm autem, quandoque aliqui termini (quales sunt *definitio & definitum*), inter se comparantur, vel repugnâtes sint, vel convertibiles, vel se habeant ut magis & minus communes, vel ut excedens & excessum (quemadmodum patet ex Philip. Du Trica *Tract. I. P. I. C. I. s. X.*) patet hinc, cùm definitio & definitum sint convertibilia, quod I. non possint esse repugnantia: in repugnantibus enim unum de alterò non potest affirmari, quod de definitione & definitò dicere absurdissimum est. II. Quod non debeant se habere ut magis & minus communia. Definitio igitur (I.) non sit latior, sive magis communis, quàm definitum: quia alioquin definitio quidem universaliter de definitò, sed definitum non universaliter, sed particulariter tantùm de definitione prædicaretur. Ut si quis definiat hominem, quòd sit *animal bipes*: omnis enim homo est animal bipes, sed non omne animal bipes est homo. (II.) Nec debet esse angustior seu minus communis. Nam alioquin definitum quidem universaliter de definitione, sed definitio non universaliter de definitò prædicabitur. Ut si definias hominem *animal rationale, sanum*: nam omne quidem

dem ani
non om
num; p
(III.) Ne
& excess
versalite
alterò p
negabit
animal a
est homi
mo est a
dam tan
dam ho

I. Du
tione de
defectu
cum de
ctus om
propter
desse d
fit *corp*
sentiam
est defini
definitio
eò recip
definitu

dem animal rationale sanum est homo, sed non omnis homo est animal rationale sanum; potest enim esse aliquis homo æger. (III.) Non debent se habere ut excedentia & excessa: alias enim neutrum de altero universaliter affirmabitur, sed utrumque de altero particulariter tum affirmabitur tum negabitur. Ut si quis dicat, hominem esse animal album: nam non omne animal album est homo, ut patet de cygno; nec omnis homo est albus, ut patet de Æthiope; quoddam tamen animal album est homo, & quiddam homo est animal album, ut Germanus.

REGULA IIX.

In definitione nihil desit.

I. Dupliciter contingit, aliquid in definitione deesse. Vel enim ita deest, ut propter defectum hunc definitio non reciprocetur cum definitio, sed sit latior. Et talis defectus omnino tollit rationem definitionis, proptereaque hoc modo nunquam aliquid deesse debet. Ut si definias hominem, quod sit *corpus animatum sentiens*, ubi propter absentiam differentie specificæ definitio latior est definitio. Vel ita deest aliquid, ut tamen definitio amplior definitio non sit, sed eum reciprocetur: quod fit, quando aliquid definitur per genus remotum & differentiam

tiam, specificam, omisſis differentiis inter
mediis. Quibus de definitionibus quid ſenti-
endum ſit, patet ex *Reg. V.*

REGULA IX.

*In definitione nihil redundet. VI. Top.
cap. 1. §. 6.*

I. *Ejus, quod non rectè, ſcilicet definitum
eſt, (inquit ibi Ariſtoteles,) due ſunt partes
una, ſi obſcurâ interpretatione uſus ſit, altera,
ſi plus dixerit in definitione, quàm oportuit.
Quicquid enim adſicitur in definitione, ſuper-
vacaneum eſt. Quò pertinent, quæ l. c. Cap.
III. §. 2. habet: Omne illud redundat, ajens,
quò ablatò, id quod remanet, perſpicuam facit
definitionem. I aſi definias hominem, quod
ſit animal rationale bipes, ablatâ hâc voce bi-
pes, reliqua verba ſufficienter declarant eſ-
ſentiam hominis: bipes igitur redundat.*

II. *Ex quò perſpicimus, quid ſentiendum
ſit de vulgatâ definitione unius, quâ dicitur,
unum eſſe, quod eſt indiviſum in ſe, & divi-
ſum à quolibet aliò. Cùm enim ablatiſ illis
verbis, diviſum à quolibet aliò, ea quæ reman-
ent, naturam unius exprimant, ipſa certè
ſuperflua ſunt. Unde etiam Ariſtoteles *V.
Metaph. c. VI. §. II. & L. IX. c. I. §. 2. & c. V.
§. 9* explicans naturam unius, tantùm per
negationem diviſionis eam explicavit, de
diviſione ab aliò autem nihil dixit.*

III.

II.
definitio
de fiat a
cecur: u
tionale,
omniò
nò abef
cedat, ſ
tò: ut ſi
bipes, &
bilis.

Definitio
cap

I. D
quidem
disting
ſed tern
tiam: u
Homo e
enuncia
ra, qu
eſt anim
defini
tilianò
eam Li

III. Potest autem aliquid redundare in definitione dupliciter: I. ita ut definitio inde fiat angustior, nec cum definitio reciprocecur: ut si dicam, hominem esse *animal rationale, sanum*; & talis redundantia quia omnino evertit naturam definitionis, omnino abesto. II. Ut latitudini ejus nihil decedat, sed maneat convertibilis cum definitio: ut si dicas, hominem esse *animal rationale bipes*, & hoc vitium priori longe est tolerabilius. Vide *Fonssecam L. V. Inst. cap. XI*,

REGULA X.

Definitio non debet esse negativa, ex l. Post. cap. XI. t. 103. § VI. Top. cap. VI.

§. 2.

I. Dupliciter accipitur definitio: I. & quidem magis proprie, ut à definitio contradistinguitur, & non est integra enunciatio, sed terminus complexus explicans rei essentiam: ut prædicatum hujus enunciationis: *Homo est animal rationale*. II. Pro integra enunciatione ex definito & definitione concinnata, qualis est integra hæc propositio: *Homo est animal rationale*. Diversum hunc vocis definitionis usum locis ex Aristotele & Quintilianò adductis vide probatum apud *Fonssecam Lib. V. Inst. cap. I.*

ZZ 3 II. ER

II. Est autem in utrôque sensu Regula explicanda. I. *Post. 2. 103.* asserit Philosophus definitionem esse affirmativam, & loquitur de eâ in posteriori acceptione. Significat enim, propositionem ex definitione & definitio constantem non esse negativam, sed affirmativam. Et in hóc sensu Regula nullamplanè admittit exceptionem aut explanationem. Cùm enim definitio & definitum sint termini reciproci seu convertibiles, non potest unum de altero verè negari. At in *VI. Top. c. VI.* loquitur de definitione juxta priorem acceptionem, & vult, *differentiam in definitione non debere esse negativam.* sub quâ voce etiam privativos terminos comprehendimus.

III. Pererius *L. V. de mat. et privar. cap. XI.* inquit: *Quamquam VI. Top. vituperantur definitiones negativæ, attamen hoc tolerantur, & propemodùm necessarie sunt in duobus rerum generibus, nimirùm in rebus imperfectissimis, qualis est materia prima, cujus natura aptè declaratur, removendo ab eâ omnes perfectiones, (Undè Philosophus VII. Metaph. c. 8. his verbis materiam definit: dico autem materiam, quæ per seipsam neque quid, neque quantum, neque aliquid aliud eorum est, quibus enumerantur) & in rebus perfectissimis, cujus modus est Deus, qui propter excellentiam suam per-*
fectio

fectionis
negation
IV. S
fimo. N
non tan
defini
iam ha
cepta. I
subjectu
instr, no
mum pr
nitio de
cit Per
eam ne
perfe
tissima
narum
æquè n
tio neg
phus I.
dus est
um, neg
accide
rius in
bens A
subject
non tan
est. Et
stantia

definitionis magis à nobis cognoscitur remotione & negatione, quàm affirmatione.

IV. Sed limitatione istâ non opus esse existimo. Nam materiam primam Philosophus non tantùm per negationem & remotionem definit VII. *Metaph. l. 3.* sed apud ipsum etiam habetur definitio verbis positivis concepta. Nam I. *Phys.* ait: *materia est primum, subjectum, ex quò quippiam eò pacto sit, ut aut insit, non per accidens. & si intereat, ad hoc ultimum proficiscatur.* Cùm igitur materiæ definitio detur verbis positivis concepta, cur dicit Pererius, propemodum necessarium esse, eam negatione defini? II. Præter res imperfectissimas, qualis est materia, & perfectissimas, qualis est Deus, dantur etiam aliarum rerum definitiones negativa, quæ æquè necessariæ esse videntur atque definitio negativa materiæ primæ. Ita Philosophus I. *Top. cap. V.* accidens definit: *Accidens est, quod neque definitio est, neque proprium, neque genus, inest autem res.* Cui similem accidentis definitionem proponit Porphyrius in *Cap. de accidente.* In *anteprædic.* describens Aristoteles, quid sit esse in subiecto: *In subiecto, inquit, esse dico, quod cum in alio sit non tanquàm pars, non potest esse sine eo, in quo est.* Et in *prædic. substantiæ* in definitione substantiæ primæ utitur negationibus; *Substan-*

ZZ 4.

vii

ria autem, inquit, qua maximè propria, & primùm, & maximè dicitur, est, que neque de subiecto aliquo dicitur, neque in subiecto aliquo est.

V. Ubi simul vides, adductas omnes definitiones non esse negativas, ut vox definitionis posteriori modò accipitur, sed ut accipitur priori. Non enim hæc propositio: *Substantia prima est, que neque de subiecto aliquo dicitur, neque in subiecto aliquo inest*, est negativa, sed affirmativa; eademque est ratio reliquarum. Ponuntur tamen negationes in his definitionibus, vel potius ipsæ definitiones sunt negativæ, prout à definitis contradistinguuntur.

VI. Prout ulteriori Regulæ explicatione distinguimus inter *definitiones essentielles* seu propriè dictas, & inter *descriptions*. Descriptionis enim possunt esse negativæ, imò sæpè sunt necessariae. Quod autem definitiones propriè dictas attinet, iterum distinguo & dico, *definita vel esse entia positiva, quæ in suâ naturâ & essentiâ non includunt negationem; vel esse talia, quæ in suâ natura negationem important.* In prioribus definitiones non debent assignari per negationes, nisi fortè vox quædam negativa sit, per eam autem positivum quid intelligatur. In posterioribus autem, quando scilicet definita ipsa

ipsa in
nem di
quò ea
per ne
bent :

Top, ca
lis nec
privati
visum;

Omn

I. D.

S. 5. em
riâ defi
est speci
nihil est
ferent i

II.

teriâ &
finiunt
simum
ditum
defini

III.

dantur
tè assign
quum

ipsa in suâ ratione negationem vel privationem dicunt, definitiones eò quidem pacto, quò earum talia definita capacia sunt, utiq; per negationem assignari possunt, imò debent: id quod testatur ipse Philosophus *VI. Top. cap. VI. §. 7. Forasse*, inquit, *in nonnullis necesse est definiendum uti negatione, ut in privationibus. Nam cæcum est, quod non habet visum, quem secundum naturam habere debet.*

REGULA XI.

Omnia definitio constat genere & differentia.

I. Decet, inquit Philosophus *VI. Top. cap. IV. §. 5. eum, qui rectè definit, ex genere & differentia definire. Et ib. c. VI. ex differentia & genere est speciei definitio. Et VII. Met. cap. XII. t. 43. nihil est aliud in definitione, quàm genus & differentia.*

II. Dicis: I. Dantur definitiones ex materiâ & formâ constantes. II. Nonnulla definiuntur per subiectum, & non per genus: ut *sinuum est nasus concavus, album est corpus præditum colore discrepante visum*. E. non omnia definitio constat genere & differentia.

III. Et Ad I. etiam in definitionibus, quæ dantur per materiam & formam, si accuratè assignentur, debet poni genus, quod reliquum est, & materiam & formam continet,

ZZ §

vel

vel differentia est, vel instar differentia & generi adjunctum, non minus naturam rei explicat, quam differentia: ut si dicas, *Homo est substantia, composita ex corpore organico & anima rationali.*

IV. Ad II. dico, definitionem constare ex genere & differentiâ, quando id, quod definitur, est ens per se & unius natura; sed quando ens per accidens est, quate est solum & album, ipse Aristoteles docuit, per materiam seu subjectum in casu recto; & sic generis locò positum, licitum esse definire. Vide quæ circa *Disp. XI. Reg. VIII. & Disp. XII. Reg. VIII.* diximus.

V. Notandum autem & hoc: tunc definitionem constare ex genere & differentiâ propriè dictis, quando id, quod definitur, est species propriè dicta. Cum enim omnis species secundum essentiam suam ex genere & differentiâ quodammodo componatur, ex genere & differentiâ etiam definitur. At quando aliquid definitur, quod propriè loquendo non est species alicujus generis, sed sub aliquò continetur, tanquam communi *περὸς ἐν ἡ ἀπ' ἐνός*, tunc per illud commune, atque ita non per genus definitur. Qui enim id per genus definiatur, quod sub genere non est? Ita cum Aristoteles *I. Post. cap. II.* demonstrationè definiuit per syllogismum

illa

illa de
genus
monst
comm
demon
stotele
tur, ni
starun
dicit:
non sum
bis can
VI.
mem
rentia,
isa, no

In defi

I. P
dicitur
sed non
VI. Top.
II. P
ple Phi
lativâ i
tura d
Natura

illa definitio non est propriè loquendo per genus, quia syllogismus non est genus demonstrationis, sed de illa prædicatur ut commune ab uno. Vide Zabarellam de spec. demonstr. cap. I. Quamquam certè apud Aristotelem definitiones ita propriè non dicantur, nisi illæ, quæ sunt specierum propriè dictarum. Quò pertinet, quod VII. Met. 2. 13. dicit: *Nulki igitur eorum, quæ species generis non sunt, quidditas, τὸ τί ἦν εἶναι, convenit, sed his tantum.*

VI. Quod si quis ita etiam dicere velit: omnem definitionem constare ex genere & differentia, vel iis, quæ se habent ut genus & differentia, non repugnabimus.

REGULA XII.

In definitione non debet esse usus conjunctionis copulativa & disjunctiva.

I. Prior pars sumitur ex II. Post. 2. 30. ubi dicitur, *hominem esse animal bipes terrestre, sed non esse animal & terrestre.* Posteriorex VI. Top. c. VII. §. 6.

II. Priori parti ob stare videtur, quod ipse Philosophus usus est conjunctione copulativa in definitionibus: quod vel ex solâ Naturæ definitione perspicitur. Dixit enim Naturam esse *causam & principium movendæ & quæ*

Et quiescendi ejus, in quo inest, primo, per se, & non secundum accidens. II. Quod necessarium est, in definitionibus, quæ constituuntur ex partibus physicis, poni conjunctionem copulativam. Ut si dicas, hominem esse compositum quoddam *ex corpore & animâ rationali.*

III. Contra posteriorem partem iterum videtur esse Philosophus, qui *de Interpret. c. III.* enunciationem definit, quod sit *oratio, in qua verum vel falsum inest.* Et *I. Prior. c. I.* propositionem dicit esse *orationem affirmantem vel negantem aliquid de aliquo.*

IV. R. Conjunctionem copulativam dupliciter posse in definitione poni: vel epimponitur inter genus & differentiam, & hanc cum illô copulat, ut si dicas: *Homo est animal & rationale.* Et hoc prohibet Philosophus, ut vel ejus exemplo manifestum est: negat enim, hominem definiendum esse, quod sit *animal & bipes*, ubi *et* inter genus & differentiam collocatur. Vel ponitur inter illa ipsa verba, per quæ differentia, vel etiam genus explicatur: & hoc à Philosopho non est prohibitum. Et hinc patet responsio ad duo priora argumenta, siquidem in allegatis definitionibus conjunctio copulativa non connectit genus & differentiam, sed ponitur inter verba, quibus genus vel differentia exprimitur.

V. Ad

V. Ad illud quod §. III. opponitur, Resp. Licere uti disjunctione, quando differentia specifica est ignota, vel saltem pro captu aliorum definitio notior est, si disjunctione constet.

V. Scherbius in *disp. de differentiis* Th. 69. respondet, quando definitum est eorum numero, quæ dicuntur $\alpha\epsilon\delta\varsigma$ $\epsilon\upsilon$ η $\delta\omicron$ $\epsilon\upsilon\delta\varsigma$, sive per prius & posterius, ita ut planè univoca non sint, nec unum omninò conceptum habeant, univocis tamen sint propinqua, tunc id non posse aliter definiri, nisi enumeratione rerum significatarum, & sic mediante conjunctione disjunctivâ. Ita Entis, cui nullum conceptum dari dicit, definitionem, quantum rerum natura patitur, hanc esse ait: *Ens est substantia, aut quantitas, aut qualitas, aut reliquorum aliquid*. Ita & Alexander in *I. Prior.* docet, propositionem non esse genus ad affirmativam & negativam propositionem, sed de illis dici per prius & posterius, & propterea per particulam disjunctivam, & enumerationem differentiarum definiri

quamvis in hoc ipsò Johannes

Grammaticus contra eum

disputet.

REGU-

REGULA XIII.

De quôcunque affirmatur vel negatur de finitio, de eô etiam definitum. Et contra:

De quôcunque affirmatur vel negatur definitum, de eô affirmatur vel negatur etiam definitio.

Ita cùm Theologia sit qualitas, perficiens potentiam naturalem, nempe intellectum, comparata crebris actionibus, quæ est definitio habitus mentis acquisiti, negari non potest, eam habitum esse, & quidem mentis, acquisitum. Invidia est dolor perceptus ex rebus secundis viri boni, & propterea invidus est is, qui dolet propter res secundas viri boni. Hæc definitio cùm viro bono non conveniat, vir bonus non erit invidus. Sed in hisce immorari opus non est, cùm à pueris etiam intelligantur.

REGULA XIV.

Quicquid affirmatur vel negatur de definitione, affirmatur vel negatur etiam de definitio. Et contra: Quicquid affirmatur vel negatur de definitio, affirmatur vel negatur etiam de definitione.

I. Inquis: De definitione affirmatur, quod explicet definiti essentiam, quod sit notior definitio. At de definitio id dici nequit: definitum

nitum
nempe
pè seip
tione

II. E
niunt
le, five
num su
ambula
tionale

veritat
unt des
substa
nuntur
Regula
s. præc
explica
rior, h
definit

III. I
dens se
genda
priè dic
ptiones
gulæ ea
ptocant
& deser
est deser
descrip
veræ sin

nitum enim non explicat essentiam definiti, nempe sui ipsius, nec est notior definitio, nempe seipso. Non ergo omne id, quod de definitione dicitur, de definito etiam dici necesse est.

II. B. Regula loquitur de iis, quæ conveniunt definitioni vel definito *quoad materiale*, sive quoad rem substratam: quâ ratione unum sunt. ita perinde est, sive dicam: *Homo ambulat, ridet, disputat*, sive dicam: *animal rationale ambulat, ridet, disputat*, quantum ad veritatem sermonis. At de iis, quæ conveniunt definitioni vel definito *formaliter*, sive ut substant his notionibus, (quâ ratione opponuntur, nec definitio est ipsum definitum) Regula non est vera. Et hoc evincunt ea, quæ *§. preced.* proponuntur. Quod enim definitio explicat definiti essentiam, quod eò est notior, hoc competit ipsi, ut definitio est, & à definito distinguitur.

III. Est autem utraq; Regula, tam præcedens scilicet, quàm ista, non solum intelligenda de definitionibus essentialib; & propriè dictis, sed & de iis, quæ vulgò descriptiones dicuntur. Nam ratio utriusque Regulæ ea est, quod definitio & definitum reciprocantur & sunt convertibilia. Cùm igitur & descriptio debeat converti cum eò, cuius est descriptio, necesse est, ut & istæ Regulæ de descriptione, & de eò, cuius est descriptio, vera sint.

Regula